

tas, Abbates, & personas predictas in Congregatione huiusmodi, tam pro salariis magistrorum, Monachos, & personas dicti Ordinis, alioque quocumque idioma Græcorum pro tempore docere volentium, quam expensis studentium huiusmodi deputata, seu consignata extitit. Et quæ quidem summa siue quantitas in Sicilia inter Monasteria, & Ecclesias secularis Græcas ad centum uncias monetæ currentis ibidem, & in Calabria ad ducentum & quinquaginta, in Apulia vero Provinciis eidem ad octuaginta florenos auri de Camera ascendit, ad quas quantitates a quibuslibet dictorum Monasteriorum, & Ecclesiarum Rectoribus persolvendas, tam Abbates, quam Commendatarios quocumque & quibuscumque unita Monasteria; In Sicilia vero, eos presbyteros seculares, Rectores Ecclesiarum Græcarum teneri, & obligatos esse voluerunt, & statuerunt, exigere, colligere & levare valerent, atque possent huiusmodi concordatis, & ordinatis per singulos aut maiorem partem eorum, qui præmissæ Congregationis & Capituli celebrationi interfuerunt acceptatis, atque laudatis.

Et ipse Pont. modo dicta Capituli statuta confirmat, & observari mandat.

Prælatique omnibus & cæteris aliis ut Visitatoribus parent, eosque non impediatur sub pena &c. prohibet & Archimandrita Siculi auctoritate suspendit.

§.4. Nos itaque omnia, & singula præmissa, & quævis alia inter Archimandritas, Abbates, & personas predictas in huiusmodi celebrato Capitulo ordinata, & concordata, illorumque tenores & effectus rata habentes & grata, illa auctoritate Apostolica approbamus, & presentis scripti patrocinio communitimus, eaque volumus, & mandamus, ab omnibus & singulis, quorum pro tempore interfuerit, firmiter & inviolabiliter observari.

§.5. Districtius inhibentes venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, & universis, & singulis Ecclesiasticis dictarum Provinciarum Prælati, & quibusvis aliis, cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & præcipue dilecto filio Lucæ Bufalo moderno S. Salvatoris in lingua Fari Mellanenſis Diocesis Archimandrita (cuius præminentiam, quam supra Monachos & Abbates Siculos habet, ac curam ejus quoad vixerit ex certa nostra scientia suspendimus, & quem correctioni ipsorum Visitatorum subicimus, ac ab illis corrigi & puniri debere, atque posse decernimus, Archiepiscopis vero & Episcopis suspensionis ab ingressu Ecclesiæ pena, nec non predicto Lucæ, & aliis Archimandritis, & cæteris supradictis sub excommunicationis sententia, quam eo ipso incurrant, & a qua quidem sententia ab alio quam a Romano Pontifice absolvi non possunt, ac cuiuslibet ipsorum, ne se de visitatione Monasteriorum & locorum Græcorum, tam Monachorum, quam Monialium in provinciis supradictis existentium aliquo modo intromittant, siue Visitatores ipsorum Monasteriorum, & locorum pro tempore existentes, quo minus illa libere visitare, ac illorum personas corrigere, & punire, aut alias commissum eis visitationis officium, in omnibus & per omnia

exercere debeant, atque possint, impediant.

§.6. Et nihilominus, ut Monasteria, & loca predicta per visitationis, & felicitis directionis ministerium salutare contingant remedium, volumus, & dicta auctoritate statuimus, atque decernimus, & ordinamus, quod Visitatores pro tempore electi, & deputati, ac existentes, ad singularum provinciarum earundem singula dicti Ordinis Monasteria, & loca singularum provinciarum huiusmodi personaliter accedant, & solum Deum præ oculis habentes in Monasteriis, & locis predictis, tam in spiritualibus quam in temporalibus, necnon capitibus, & membris debita visitationis officium auctoritate predicta impendere, & exercere, ac omnia, & singula, quæ inibi reformationis, & correctionis ministerio indigere prospexerint, prout eis iuxta canonicas sanctiones, & regularia ejusdem Ordinis instituta, ac alias congrue videbitur, reformare, & corrigere, necnon quocumque Monasteriorum, & locorum ipsorum Præsidentes, illorumque personas cuiuscumque dignitatis, etiam Abbatialis, status, gradus, vel conditionis existant, vel præminentia, etiam si Archimandrita fuerint, iuxta criminum, & excessum per eos quomodolibet perpetrorum qualitatem, & exigentiam corrigere, & punire, & si illorum demerita id deposcerint, a dignitatibus, & officiis quibuslibet auctoritate nostra privare, & ab illis amovere, ac etiam summam siue quantitatem pecuniarum huiusmodi, ad opus, & usus magistrorum, & studentium eorumdem, a Præsidentibus Monasteriorum, & locorum predictorum, prout in Capitulo predicto concordatum, & ordinatum, ut præfertur, extitit, exigere, colligere, & levare, seu exigi, colligi, & levari facere, ac de levatis, & perceptis quietare: præfatoque moderno Archimandrita Siculo, ne se de visitatione Monasteriorum, & locorum huiusmodi, illorumque correctione personarum, ac alias de eis quovis modo intromittere audeat, siue præsumat, strictius inhibere, omniaque alia, & singula, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, vel quomodolibet opportuna, facere, statuere, ordinare, & exequi: contradicentes quocumque, & rebelles, ac non solventes, per censuram ecclesiasticam, & alia quævis opportuna juris remedia appellatione postposita compellere: necnon si, quod ablit, ex Archimandritis, Abbatibus, & aliis supradictis aliqui fuerint, qui legitime requisiti summam, siue quantitatem præmissam, prout se in qualibet provinciarum predictarum extendit, ac in concordatis, & ordinatis huiusmodi continetur, solvere, & assignare, siue usque ad dictam summam, vel quantitatem contribuere distulerit, siue recusaverit, ex tunc Visitatores supradicti, & quilibet ipsorum in sua provincia, fructus redditus, & proventus singularum Monasteriorum, & locorum, quibus non solventes huiusmodi præfuerint, aut quæ siue per unionem, siue per commendam obtine-

Visitatoribus predictis facultates contra quoscumque personas Ordinis etiam Archimandritas concedit.

rint, arrestare, & sequestrare, necnon demum (si eis videbitur) fructus, redditus, & proventus huiusmodi usque ad summam, siue quantitatem eandem pro præmissis usu exponere, vel grangiam, aut prædium aliquod, pro rata ad hunc studiorum usum contributionis illius Ecclesiæ, vel Monasterii, cuius Præsides solvere noluerit, deputare, & consignare, ac etiam taxas Monasteriorum, & Ecclesiarum predictorum augere, vel minuere, summis tamen præfatis non diminutis, si oportunitum videbitur, possint atque debeant.

Stipendia eisdem Visitatoribus designantur.

§.7. Verum quia dignum est, ut stipendio congruo sustententur, qui ad labores, & onera deputantur, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod Visitatores predicti dum, & quoties in exercitio visitandi, & corrigendi, aliaque supradicta faciendi fuerint, quilibet videlicet eorum pro se, ac notariis, & aliis cum eis in huiusmodi exercitio necessario existentibus, a Monasteriis, & locis, quæ pro tempore visitabant, eorumque personis sumptus, & expensas, non solum victus, sed etiam alias minutas, & solum necessarias recipere possint, & valeant moderatas. Super quibus omnibus etiam ipsis pro tempore, ut præmittitur, existentibus Visitatoribus plenam, & liberam auctoritatem predictam concedimus tenore presentium facultatem. Nos enim sententias siue poenas, quas dicti Visitatores pro tempore rite tulerint, siue statuerint in rebelles, sequestra, vel arresta quæque apposerint, rata habebimus atque faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, invocato etiam per eos ad omnia, & singula supradicta, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Clausulas contrariarum derogatorias ponit.

§.8. Non obstantibus constitutionibus, & literis Apostolicis, præsertim quibusdam Petro Peſali B. MARIE de Cripta Ferrata Romana Ecclesiæ immediate subiecta, ac aliis Paulo tunc B. MARIE de Cripta, & Adriano S. Pantaleonis Tusculani Panormitano, & Missanenſis Diocesis Monasteriorum Abbatibus per non illis decretis, quarum tenores, & effectus presentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, & quas ut effectus presentium per eas impediri non contingat, revocamus, cassamus, & annullamus, ac pro infectis, & nullis haberi, censerit, & reputari debere decernimus, necnon statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, locorum, & Ordinis predictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque, aut si Archimandritis, Abbatibus, & personis predictis, vel quibusvis aliis, communitur vel divisim a Sede Apostolica existat indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, aut ad iudicium trahi non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ab verbo de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, unionibus dictorum Monasteriorum, & Ecclesiarum quibusvis etiam Cathedralibus Ec-

clesiis factis, exemptionibus, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorem existant, per quæ presentibus non expressa, vel totaliter non inserta ipsorum Visitatorum jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quoad hoc eidem Abbatibus personis, & aliis nolumus aliquatenus suffragari.

Visitatoribus onus dat sibi significandi, privationes, & amotiones Abbatum &c.

§.9. Præterea ea singula quæ, Visitatores antedicti circa singulas privationes, & amotiones huiusmodi fecerunt, nobis per eorum patentes literas ipsorum sigillis sigillatas quantocius fideliter intimare procurant, ut eorum informatone plenius instructi circa provisiones Monasteriorum, & locorum tunc per privationes, & amotiones huiusmodi vacantium, consultius agere valeamus.

Nulli ergo &c.
Si quis autem &c.
Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXLVI. decimonono Kalendas Januarii, An. sexto-decimo.

D.P. An. 15. 14. Decemb. 1446.

XXXIV.

Innovatio damnationis trium Articulorum Joannis de Polliaco Catholica veritate circa Pœnitentiæ Sacramentum contrariorum.

EUGENIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ex Regest in Archiv. Vatic.

Universis, & singulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis Archiepiscopis, & Episcopis ac dilectis filiis electis, & Abbatibus ubilibet constitutis ad quos presentes littere pervenerint salutem, & Apostolicam benedictionem.

Regis nobis crediti curam gerentes pervigilem, studiis efficere conamur assiduis, ut pro quorum salute languores humanos altissimi Filii perpeti volu t, fideles execrandis non involvantur erroribus, sed nostri directione ministerii, prout superna gratia contulerit, a noxiis ac dispendiis jugiter præferentur: & ut etiam vos in partem sollicitudinis vocati pro dictis extirpandis erroribus opem, & operam ferventius impendatis, vos pro injuncto vobis officio excitamus.

Exordium.

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Bonifacius Papa octavus prædecessor noster sua quæ incipit *super Cathedralium* constitutione, siue decretali quam postea pia mem. Clemens Papa V. etiam prædecessor noster in Viennensi Concilio innovavit, & quæ subsequenter ad Eremitarum Sancti Augustini, & Beata Maria de Monte Carmelo ordinum fratres per Sedem Apostolicam extensa fuit, inter cætera statuit, & ordinavit, quod in singulis Civitatibus, & Diocesis, in quibus Prædicatorum, & Minorum ordinum fratrum loca consisterent, ac in locis ipsis vicinis, in quibus huiusmodi loca non haberentur Magistri, & Priores Provinciales Prædicatorum, aut eorum

Cap. Super Cathedralium Bonifacii VIII. constitutionem, recollit de Conſessionibus per Fratres Ordinum Mendicantium audiendis.

rum Vicarii generales ac provinciales Ministri, necnon Custodes Minorum Ordinum prædictorum ad præsentiam Prælatorum ibidem se conferrent per se, vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putarent humiliter petitori, ut fratres, qui ad hoc electi forent in eorum Civitatibus, & Diocæsi- bus confessiones suorum subditorum, confiteri sibi volentium audire libere vale- rent; & hujusmodi consentientibus prout secundum Deum expedire cognoscerent, pœnitentias imponere salutaris, ac benefi- cium absolutionis impendere, de licentia, gratia, & beneplacito eorundem: præ- fatique Priores, & Ministri studerent elige- re personas idoneas, sufficientes, vitæ probatæ, discretas, moderatas, atque peritas ad tam salubre ministerium, & officium exequendum, quas sic electas Prælati ipsi præsentarent, vel presentari facerent, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in Civitatibus, & Diocæsi- bus eorundem personæ sic electæ hujusmodi confessiones sibi confiteri volentium audirent, & eis imponerent pœnitentias salutaris, & benefi- cium absolutionis impenderent prout in ipsa constitutione sive decretali plenius continetur.

Joannis de Poliaci Error. a Joanne XXII. damnati.

Joannes de Poliaci veris rationibus opi- nioni, quam dudum habuerat contrariis, & quibus respondere non poterat, demon- stratis, eosdem articulos non esse veros af- firmans, illos in Consistorio publico nec- non ipsorum Joannis Papæ, & Cardinalium præsentia revocaverit.

Et ab eodem autore repro- bati.

3. Tamen sicuti nuper Fratrum Ordini eorundem lamentabili querela ad nostrum non sine displicentia gravi perve- nit auditum, plures Ecclesiasticæ, necnon alia utriusque sexus personæ, reprobos

superstitiososque artu- culos hujusmodi am- plexantes, fideliumque animos inficere, ac eos, ut fratribus Ordinum hujusmodi non confiteantur, & ab illorum devotione retrahere molientes, ne dum prædictis, sed & alios etiam sacris canonibus omnino contrarios articulos asruere publice non verentur, videlicet quod confessio fratri- bus sic electis, & admittis facta dubitabilis ut & incerta, unde tenentur omnes incertum dimittere, & sic solum confiteri suis Sacerdotibus curam animarum habentibus sub pœna peccati mortalis: & quam- vis ipsi Fratres admitti auctoritatem habe- ant confessiones audiendi, & absolvendi, tamen ad eos accedendi populus subiectus sine licentia proprii Sacerdotis non habet potestatem. Fratres quoque privilegia pro confessionibus audiendis, & sepulturis ha- bendis petentes sunt in peccato mortali, & Romani Pontifices illa Mendicantibus con- cedentes, sive confirmantes, etiam in si- mili peccato, & excommunicati sunt; ac dicti fratres mendicantes non Pastores, sed fures, latrones, & lupi censentur; Sacer- dos autem Curatus Mendicantibus confes- siones audiendi licentiam dans magis super isto statuto omnis utriusque sexus dispensat, quam Papa Fratribus licentiam tribuens juxta formam decretalis antedictæ.

4. Nos igitur Animarum, & alia, quæ præmissorum articulo- rum occasione, nisi prodeuntes inde confutarentur erro- res, succedere possent pericula trepidan- tes, ac illis quantum in nobis fuerit, ob- viare cupientes; omnes articulos prædi- ctos una cum venerabilibus fratribus nos- tris S. R. E. Cardinalibus mature inspexi- mus, & ut diversos in Jure Canonico Do- ctores, & Sacre Pagine Professores diligen- ter examinari fecimus, & quia protinus illos falsos, & erroneos, ac eisdem cano- nibus adversos fore reperimus, illos dic- torum fratrum nostrorum S. R. E. Cardi- nalium consilio, & assensu auctoritate, Apostolica pro falsis, & erroneis, & ad- versantibus sacris canonibus damnatos, re- probatosque declaramus, atque decer- nimus.

5. Quo circa universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestrum, quando super his a quo- quam prædictorum Ordinum Predicatorum, Minorum, & aliorum Mendicantium super præmissis Privilegiatorum Magistro Generali ac Provinciali Magistro Vicario, vel alio gerente officium fueritis requisiti ad confutandos, & reprimendos, ac pen- itus tollendos hujusmodi errores, prout in præfatis decretali sive Constitutione, super Casbedram, ac extravagante vas ele- ctionis continetur diligenti studio atque cura provideatis, ac intendatis: præfatasque Constitutiones integre servantes, faciatis ab omnibus inviolabiliter observari.

6. Et si quos forsitan hujusmodi dam- natos, ut præfertur, articulos, aut aliquem seu aliquos eorum pertinaciter asserere, vel tenere, seu prædicare invenietis, con- tra illos communiter vel divisim tanquam con-

Alios subor- tos intrat ead- dem super er- rones.

Eosque dam- nat Eugenius.

Singulis Epi- scopis, ut hæc populi signi- ficent, & ob- servari faciatis mandata.

Contra con- tumaces pro- cedi jubet.

contra hæreticos, & de catholica fide sus- pectos procedere, necnon ipsos, & eorum quemlibet juxta tantorum excessum qua- litatem per censuram Ecclesiasticam, & alia opportuna juris remedia auctoritate prædicta compescere studeatis in contra- rium facientibus non obstantibus quibus- cumque.

Dat. die 16. Januar. 1447. An. XVI.

Nulli ergo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quadragésimo sexto decimo septimo Kalendas Februarii Pontifi- catus nostri anno sextodecimo.

XXXV.

Ibidem. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in Electione Romani Pontificis Lugdunen- sis, ac Viennensis Sancti Concilii ser- vare debere decernit.

EUGENIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

ET si circa orbis Ecclesiarum, & Mo- nasteriorum omnium, dum vacant, juxta nostris divina disponente clementia commissum humeris Apostolatus officium per Apostolicæ providentiæ ministerium occurrere consueverimus, de Romana Ecclesia, quæ Ecclesiarum omnium Ma- ter est, & Magistra, ac illarum divina institutione primatum obtinet, cui licet immeriti præsidemus, nos procul dubio propensioris curæ studio excogitare con- venit, ne ipsam, quam Christus sibi spon- sam copulavit, & extra quam nemini fa- lus est, variis ambiguitatibus submissam, relinquamus.

Nonnulla sta- tuta circa Ro- man. Pontifi- cis electionem editis Basi- lense Conci- lium.

1. Hinc est, quod nos attendentes, quod in Civitate Basilien. sub nomine generalis Concilii circa electionem Romani Pontificis vacatione Sedis Apostolicæ oc- currente, plura, & diversa, & per Sedem prædictam forsitan approbata emana- runt Statuta, Ordinationes, & Decreta, & etiam innovata fuerunt, diversas etiam excommunicationis, suspensionis, & inter- dicti, aliasque sententias, censuras, & pœ- nas in se continentia propter Juris commu- nis dispositionem, quorum occasione at- tenta rerum, & temporum conditione, si nos ab hac luce subtrahi contingeret, in electionis hujusmodi celebratione facien- da plura, & diversa pericula, divisiones, & scandala verisimiliter exoriri possent in Ecclesiasticæ libertatis offensam, cuncto- rumque Christianidelium præjudicium, & jaçuram.

Iis sublati- statuta Con- ciliarum Lug- dunen., & Viennen. ser- vari mandat Eugenius.

2. Nos tantis periculis, prout ex alto nobis permittitur, occurrere, ac fi- delium ipsorum quieti consulere, nec- non perverforum conatibus viam præclu- dere cupientes, omnium etiam, & sin- gulorum statutorum, ordinationum, & Decretorum hujusmodi formas, & si de illis ac eorum totis tenoribus de verbo ad verbum specialis, & expressa præsentibus

habenda foret mentio, pro expressis ha- bentes præsentium serie volumus, & au- thoritate Apostolica, ac ex certa scientia, necnon potestatis nobis tradite plenitudi- ne statuimus pariter, & ordinamus, ut dum extrema nostræ peregrinationis diem advenire contigerit, Venerabiles Fratres nostri S. R. E. tunc existentes Cardinales alias juxta sel. recor. Gregorii Decimi in Lugdunen., & Clementis Quinti Roma- norum Pontificum Prædecessorum nostro- rum in Viennen. Concilio generalibus cir- ca hoc edita statuta, & ordinationes ad Romani Pontificis Successoris nostri ele- ctionem juxta traditam eis a Domino in- telligentiam, quos sub primodictis statu- tis, ordinationibus, & decretis nullatenus comprehendendi, nec eis subijci decer- nimus, procedere: Ceteraque circa hoc quomodolibet solida, & opportuna facere & exequi libere, & licite possint, & va- leant in omnibus, & per omnia: ac si pri- modicta statuta, ordinationes, & decreta nullatenus emanassent.

3. Non obstantibus omnibus præmis- sis, ac Constitutionibus, & Ordinationi- bus Apostolicis &c.

4. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quadragésimo septimo octavo Kalendas Februarii Pontificatus nostri Anno Sextodecimo.

Dat. die 25. Januar. 1447. An. XVI.

XXXVI.

Canonizatio S. Nicolai de Tolentino Pro- fessoris Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, ejusque adscriptio Catha- logo SS. Confessorum: Et institutio festivitatis pro die 10. Septembris.

EUGENIUS PP. IV.

Universis Christianidelibus presentes literas inspecturis, Salutem, & Apost. Benedictionem.

LIcet militans in terris Ecclesia trium- phantem in Cœlis, filiali, & devoto veneretur affectu, ac virtutes, laudes, præconiaque Sanctorum, quantum sunt fragilitas, dignissimis attollat titulis, de- votis quoque precibus solemnibus ritu sacri- ficia laudum offerat ad decus, & vene- rationem civium supernorum, nihil tamen illis accrescit novæ perfectionis, & glorie nec eorum perfecta felicitas nostris operi- bus firmari poterit, vel augeri: Misericors tamen, miseratorque Dominus, per in- tercessionem, meritaque Sanctorum, quos in terris celebritate congrua veneramus, mirabili dignatione imperfectum nostrum suppleri providit, ut quod nostris meritis non valemus, eorum suffragiis assequamur.

1. Aternus itaque Deus, qui facit mirabilia magna solus, Confessorem suum eximum Nicolauum de Tolentino in appro- bata Religione Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, ab ejus pueritia educatum, puritate candidum, caritate fervidum, ele- ctum

Exordium.

S. Nicolau- virtutibus, & miraculis e- micuit.

Etum ex millibus, exemplar præfulgidum, sapientia eius infinita produxit, singularis vitæ suæ excellentiam, signis, & prodigiis probans, ac coruscantibus, crebrisque miraculis manifestans. Latentur itaque cœli, & exultet terra, jucundeturque pariter totus Orbis, quando ei, qui effulsit in templo Dei, cum viveret, speciosum in cœlo præstant hospitium cœli cives.

§.2. Itaque hujus Beati viri, quando vita est functus, fama, summaque ad eum populorum devotione crescentibus, feliciter record Joannes Papa XXII. Prædecessor noster, Avenioni cum ejus cura residens, cum fratribus suis cepit de ejus canonizatione tractare, quam nisi ejus obitus, & horrenda supervenissent schismata proculdubio consummasset.

§.3. Beatus igitur hic Nicolaus, honestus ex Castro S. Angeli infra Firman, dicecesis parentibus ortus, & puerorum confortia vitans, Ecclesie, divinaque mysteria frequentabat, & ne præclara operum lucida vitæ suæ, longo, latoque sermone curramus, pauca libet referre de pluribus, ut ex his existentes in via Domini, patrem glorificent, sicut decet.

§.4. Sanctus equidem iste in ætate existens tenera, se sub magna religionis diligentia servabat, castigando corpus jejuniis, vigiliis, orationibusque insistebat devotus, gratus, humilis, obediens, benignus, suavis, pius, patiens, constans, maturus, compositus, virtutum quibusdam aromatis plurimos attrahebat, adeo quoque fidei cultor erat, ut cuncta illius verba, & opera, virtute fidei redolerent, tribulatorum, & infirmorum consolator affluens existeret.

§.5. Et demum pudicus, castus, modestus, verecundus, ac lætus ad vitæ vesperam veniens, divinitus audire meruit. Euge serve bone, intra in gaudium Domini tui. Sic granum frumenti cadens in terram, & mortuum, uberem confurgit in spicam; sic botrus in turculari calcatus, liquoris redundat in copiam, sic regnum cœlorum percipitur, & Sancti per fidem sublimia regna vicerunt.

§.6. Verum quia decebat divinæ magnitudinem bonitatis, ut quem in terris præclaris ornarat virtutibus, in cœlis regnare certis testimoniis probaretur, multis eum, magnisque miraculis dum viveret & post obitum, clarum fecit: quorum quædam dignissimis probatis testibus onerosæ multitudinis vitandæ gratia, duximus præsentibus annotanda.

§.7. Quidam adeo in sinistro latere perditus erat, ut nec illius manum, aut pedem posset quovis modo movere, aut quicquam ex oculo sinistro videre: Post plurimorum medicorum antidota, atque colliria juvamen experta, Sanctus sic latus illud crucis signaculo tergit, viroque illi benedixit, qui statim e grabato surgens, sanatus est, videns, & integre liberatus.

§.8. Quædam vero mulier triennio con-

tinuo sanguinis fluxum patiens, ad Nicolaum veniens, & manum illius devotissime osculans, precabatur eum, ut preces ad Dominum pro illius sanitate recuperanda porrigeret, Sanctus ipse illam crucis signo signavit, & liberata recessit, & hæc ante obitum.

§.9. Post obitum vero cum puer quidam annorum quatuor in canale molendini cecidisset, & intra rotam, & aquam per spatium temporis, quo communiter quis bene ambulans, milliario ambulasset, continuo jacuisset, inde tandem laboriose, extractus mortuus, & pro mortuo reputatus, emissio prius per matrem voto; quod si restitueretur vitæ auxilio Beati Nicolai, illum supra sanctum tumulum habitum religionis indueret, adjuvante Sancto prædicto, vivus apparuit.

§.10. Vir insuper quidam inventus in domo sua suspensus, & mortuus, precibus, & voto per ejus uxorem ad B. Nicolaum emissis, factus est vivus, & ex tunc diutius supervixit.

§.11. Quamplurima etiam miracula, tam in vita, quam post ejus obitum fecit, pluresque homines utriusque sexus a morte resuscitavit, cœcos illuminavit, & ab oculorum infirmitatibus liberavit, contractos, & protractos membris, & claudos erexit, paraliticos a membrorum impotentia sanavit, & a tremore capitis, & membrorum, dæmoniacos, captivos, incarceratos, cum apparitionibus, & revelationibus liberavit, cadentes, & illisos a naufragiis, & captivitate personarum, a perditione bonorum, a febribus, ab ethica, ab hydropsi, a podagra, a doloribus illorum, & stomachi, ac cordis, aliisque infirmitatibus liberavit, pristinaque sanitati restituit. Quæ omnia trecenta, & unum miracula, ad quorum probationem examinati fuerunt trecentis septuaginta, & unus testes, in Registris annotata coram nobis in publico Consistorio relata fuerunt. His itaque ac aliis miris operibus Sancti hujus adjuvantibus sanctitatem, & christianæ fidei veritatem, miraculorum lingua loquente, concurrunt ad nos undique populus, crevit de his fama, atque devotio, laudatur Dominus, de salutiferis gratiis auctori gratia referuntur. Invaluit super his vox communis, & celebris, & plurimorum vox exultationis, etiam Prælatorum nobis intonuit, & nostra auctoritate inquisitionem fieri super dictis obtinuit. Primum quidem Venerabili fratri Joanni Episcopo Prænestino, & dilectis filiis nostris Joanni tituli S. Laurentii in Lucina, Presbytero, & Prospero S. Georgii ad Velum aureum Diacono Cardinalibus commissimus, ut veritatem præmissorum, & de miraculorum continuatione inquirent diligenter, quorum relatione, etiam continuationis miraculorum probata veritas, nos, & Venerabiles fratres nostros S.R.E. Cardinales, & Sancti ejusdem vita mirabili miraculis, & meritis gloriosis instruxit.

§.12. Et quia plura, & majora de Sancto

Joannes ideo XXII. de ejus canonizatione egit. Curia.

Imo egit etiam Innoc. VI. ut inquit Sixt. V. in Rubr. cit.

Præclara opera B. Nicolai fecit.

Jejunii, vigiliis, & orationibus vacavit &c.

Tempore obitus, audire meruit. Euge serve bone & fidelis &c.

Miraculis ante & post obitum claruit.

Virum latere perditum, & oculi cecitate laborantem, signo crucis liberavit.

Mulierem a sanguinis fluxu

xu, simili modo sanavit.

Puerum submersum vice restituit.

Virum suspensum, & mortuum resuscitavit.

Miracula trecenta & unum fecit. Ex his nota illud unum, quod recenset Sixt. V. cit. in Rubr.

Quibus impositionem fit reorum harum examen.

Hic itaque Pontif. Sancto

Et ipso compèrimus, quam insinuata fuissent, de Fratrum Prædicatorum consilio, & assensu, plurimis Ecclesie Prælatibus adstantibus, de omnipotentis Dei virtute, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra auctoritate confisi, eundem Beatum Nicolaum Sanctorum Confessorum Cathologo duximus adscribendum.

§.13. Ideoque universitatem vestram monemus, & hortamur attente, per Apostolica scripta vobis præcipiendo mandantes, quatenus quarto Idus Septembris, quo Sanctus ipse migravit ad Dominum, festum ejusdem, devote & solemniter celebretis, & faciatis ab omnibus veneratio. ne condigna celebrari, ut pia ejus intercessione, & hic a noxiis protegi, & in futurum sempiterna consequi gaudia valeatis.

§.14. Et ut ad venerabile ejus Sepulchrum, eo ardentius Christiani confluat multitudo, & celebrius ejusdem Confessoris colatur festivitas, omnibus vere poenitentibus, & confessis, qui cum devotione, & reverentia illuc in eodem festo accesserint annuatim ipsius suffragia petiturus, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, septem annos, & totidem quadragenas, accedentibus vero annis singulis ad dictum Sepulchrum, infra ejusdem festi octavam, duos annos, & duas quadragenas de injunctis eis poenitentis misericorditer relaxamus.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1447. Kalen. Februarii, Pontificatus nostri Anno XVI.

XXXVII.

Declarationes & mitigationes Regulæ Sororum sive Monialium S. Clare. Et earum suppositio Ordini Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

EUGENIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio Fratri Jacobo de Præmandinis, de Bononia, Ord. Min. professori de Observantia regulari, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ordinis tui præsertim familiarum in regulari observantia Domino famulantium, ob quorum Religionis sanctimoniam, & multiplicum virtutum dona, maximi in populo Christiano animarum fructus prodire cernuntur, curam gerentes solerter, illa libenter concedimus, per quæ earumdem familiarum, etiam utriusque sexus augmento conservationique melius ac facilius consuli intelligimus.

§.1. Sane cum post concordiam inter Filios Fratres, qui dicuntur Conventuales, & vos, & alios, quibus de regulari

Festumque pro die 10. Septemb. instituit.

Indulgentiæ que ejus sepulchrum Vicariis concedit.

Dat. die 1. Febr. 1447. P. An. XVI.

Proemium.

Moniales S. Clare, a Fratribus de Observantia regi postulabant.

observantia est appellatio, unius ejusdemque Minorum Ordinis secum factam, nos intendentes quod post dilectum filium Fratrem Joannem de Capistrano, tui Ordinis de Observantia in partibus Cismontanis Vicarium, alter illius successor crearetur, eidem per literas Apostolicas commiserimus, quod ubi, & quando sibi placeret, ante sui officii finem, Vicarios, & discretos provinciarum sibi subjectarum pro alterius Vicarii electione, alias creatione, capitulariter congregaret, & facta hujusmodi Congregatione in Alma Urbe, apud Aracœli locum tu in ea fueris canonicè in Cismontanum Vicarium electus, nos electionem ipsam confirmaverimus, postmodumque dilectus filius Antonius de Rusconibus, Sacræ pagine professor, Ordinis præfati Generalis Minister, te duxerit confirmandum, prout prædicta omnia constant per literas Apostolicas, & prædicti Generalis, quas hic haberi volumus pro sufficienter expressis, ad nostramque notitiam pervenerit, esse in tui Vicariatus partibus Cismontanis nonnulla Monasteria Sanctæ Clare, quarum familiæ in observantia Regulari viventes, partim primi, partim secundi, partim terti Ordinis, partim aliter appellate, sub tuo Vicariatu, & a te, tuisque successoribus, regi & gubernari, intensissimis dicuntur desideriis affectare.

§.2. Nos, qui certo tenemus, eisdem mulierum Monacharum, sive Sororum familias, optimam, & saluberrimam sub vobis gubernationem scilicet habere, & continue habituras felicia incrementa earumdem mulierum Monacharum, sive Sororum appellatarum Monasteria, & loca, & familias, ubicumque intra tui Vicariatus terminos in regulari Observantia viventes, tam præsentibus, quam futuris, tuo, & tuorum Vicariatus Cismontani officio successorum curæ, gubernationi atque regimini auctoritate Apostolica presentium tenore subiicimus, ac subjectas & suppositas esse volumus atque decernimus. Intendentes eadem auctoritate, atque volentes, quod tu, & successores tui, per vos ipsos, & alios, quos duxeritis substituentos, potestatem, & facultatem habeatis, eisdem Moniales, atque Sorores, sive primi, sive secundi, sive tertii, aut alterius Ordinis S. Clare, & B. Francisci, signanter collegialiter, & in communi viventes, & earum Monasteria, atque loca, tam in capite, quam in membris, visitandi, corrigendi, amovendi, deponendi, transferendi, & omnia alia, & singula faciendi, que generalis Minister Ordinis vestri in eisdem Monasteriis, & locis, de jure, & consuetudine posse facere consuevit. Provinciales autem Vicarii vobis subditi, eandem potestatem, & facultatem habeant, quas Ministri Provinciales, etiam de jure, vel de consuetudine habere consueverunt.

§.3. Et ut supradictæ Moniales ac Sorores melius gubernentur, volumus, quod in electione, & creatione Abbatissarum, H Mini-

Hoc eis Pontifex modo tenetur.

Vocales in electione Abbatissarum, & votorum numerum declarat.

Ministrarum, & Matrum, illa tantum ex ipsis Monialibus & Sororibus vocem habeant, quæ per annos tres, vel circa in earumdem Monasteriis, vel Collegiis fuerint. In qua creatione, & electione maior pars votorum ad minus medietatem superans, debet convenire. In omnibusque tertii Ordinis, Sororum & Monialium Collegiis, Fratres tui Ordinis de accessu, & ingressu se habeant, sicut observatur in Monasteriis S. Clare. Si autem Visitatoribus earum, & Sororibus tertii Ordinis, quæ minime vivunt collegialiter, esset concessa a Sede Apostolica, aliqua facultas & auctoritas, nos ipsam præsentium tenore auctoritate Apostolica revocantes, volumus, quod tu, & tui in vicariatus officio successores, hujusmodi visitatores amovendi, & instituti; auctoritatem & facultatem habeatis.

Regulam circa jejunium modificat.

§.4. Præterea cum in Regula B. Clare jubeatur jejunium perpetuum, quod nimis rigorosum tenemus: placet, & volumus, quod supradictæ, & tertii, & aliorum Ordinum Sorores solummodo teneantur ad illa jejunia, ad quæ vos Fratres Ordinis Minorum Regulam observantes obligati estis, & eosdem modos fervent in cibus quadragesimali tempore, exceptis debilibus & infirmis. In aliis vero jejniis, ut sunt Quatuor Tempora, Vigiliæ Apostolorum & similia, fervetur consuetudo regionis, secundum quam liceat eis etiam ova, & lactinia comedere.

Regulam eandem quoad calcamenta mitigat.

§.5. Cum etiam in Monasteriis Sorores, sive Monachæ incedant nudis pedibus discalceatæ, quod nimis rigorosum existimamus, placet, & volumus, quod Sorores, sive Monachæ possint deferre illa, quæ nomine calcamentorum non censentur, puta zoecolos ligneos, & sandalia, atque etiam cum opportunum fuerit calcamenta.

Et quo ad cibus.

§.6. Item cum in aliquibus Monasteriis, locis, & Congregationibus injungatur silentium perpetuum, quod quidem nimis rigorosum existit, tibi tuique in officio successoribus, & provinciarum vobis subiectarum Vicariis, cum Discretorum consilio dispensandi, tam in cibus, quam in silentio supradicto concedimus facultatem.

Ac præcepta.

§.7. Insuper cum dilectus filius Frater Joannes de Capistrano, tuus in Vicariatus officio predecessor, declaraverit, quod in Regula prima Beate Clare, contineantur centum, & tria præcepta regularia, in quorum transgressione Moniales, sive Sorores professæ peccatum mortale incurunt, idque nimis durum, & scrupulosum judicemus, auctoritate, & tenore præsentium, declaramus, & volumus, quod in nullius prædictorum transgressione, præterquam eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ scilicet, paupertatis, castitatis, & clausuræ, & super electione Abbatissæ, & depositione, peccatum mortale incurrant.

Et fecerunt.

§.8. Item, cum quedam prædictarum,

Monasteria & loca in mendicitate vivant, placet, & dispensamus, quod in ferulo, sive cibus, fagina & lardo uti possint.

AN. CH. 1447.

§.9. Constitutionibus Apostolicis & privilegiis, immunitatibus, & gratiis, ac indultis omnibus, & singulis supradictis Monasteriis, & locis, ac eorum Cappellanis per Sedem Apostolicam, & aliter quomodocumque concessis, aliisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Quibuscumque non obstantibus.

Nulli ergo &c.
Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MCDXLVII. Nonis Februarii, Pontificatus nostri anno sextodecimo.

Datum die 7. Febr. 1447. P. An. XVI.

XXXVIII.

Absolutio eorum qui Congregationi Basileensi adhaeserunt post dissolutionem Concilii, & ad Summi Pontificis obedientiam redierunt. Provisioque & declaratio circa collationes Ecclesiarum, & beneficiorum.

EUGENIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Inter cetera desideria cordis nostri, filios quoslibet ad nostram, & Apostolicæ Sedis obedientiam exoptantes adduci, illa temporum qualitate pensata aliquando concedimus, ordinamus, & statuimus, per quæ Christiani tranquillitati, & commodis, semotis dissolutionibus, & scandalis consulatur, & exinde animarum salutem valeant adipisci.

Exordium.

§.1. Sane cum propter dissensionem, inter Nos & eos qui Basileæ sub nomine generalis Concilii remanserunt dudum exortam, nonnulli Principes tam Ecclesiastici, quam seculares nationis Germaniæ, in quadam neutralitate, & armorum suspensione a die decimasextima mensis Martii, de Anno Domini Millefimo quadringentesimo trigesimo octavo, usque in præsentem diem se tenuerint, ea mente, ut asserunt, ut postmodum unanimi consensu, in nostra & Sedis Apostolicæ obedientia, & reverentia paribus gressibus incedere possent; & carissimus in Christo filius noster Fredericus Rex Romanorum Illustris, ac venerabilis Frater noster Theodoricus Archiepiscopus Maguntinus, & dilectus filius noster vir Fredericus Marchio Brandeburgensis, sacri Imperii Electores, ac Venerabiles fratres nostri Fredericus Saleburgensis, & Gerardus Brementis Archiepiscopi, ac quidam alii Prælati, & Principes dictæ Nationis, nobis debitam obedientiam per suos Oratores præstiterunt, ac nos solum in Vicarium JESU CHRISTI recognoverint, & professi fuerint.

Quidam Prælati, & Principes Nationis Germaniæ ob dissensionem secutam tempore Concilii Basileæ, neutrales fuerunt, & mox obedientiam huic Pontifici præstiterunt.

§.2. Nos attentis, quod dictæ neutralitatis, & suspensionis tempore, plurima,

Qui attendens quod d. tempore, plurima in dicta Natione gesta.

1447. fuerunt, quæ Sedis Apostolicæ auctoritatem requirunt; ideo collationes & provisiones beneficiorum &c. auctoritate factas, nunc Pontificia auctoritate confirmat.

Et eorum possidentes non molestari præcipit.

Lites desuper pendentes extinguunt.

Quiniammo eandem Ecclesiarum & beneficiorum eisdem denuo censetur.

Qui attendens quod d. tempore, plurima in dicta Natione gesta.

in ipsa natione acta, gesta, & facta fuerint, quæ confirmationem, indulgentiam, & dispensationem super eis Apostolicæ auctoritatis requirunt, prædictorum Regis, Archiepiscoporum, Marchionis, ceterorumque Prælatorum, & Principum supplicationibus inclinati, omnes & singulas, tam Metropolitanæ, quam Cathedralium, aliarumque Ecclesiarum, necnon dignitatum etiam Abbatialium, ac post Pontificalis majorum, & in Collegiatis Ecclesiis principalium, & aliorum beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, etiam si Ecclesiæ curatæ, Canonicatus, & Prebendæ fuerint, electiones, postulationes, collationes, provisiones, confirmationes, et dispositiones, necnon processus, sententias, aliaque acta judicialia, auctoritate ordinaria hujusmodi, suspensionis, et neutralitatis tempore factas, seu facta (quæ omnia et singula hic haberi volumus pro sufficienter expressis, ac ca rata, et grata habentes, auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus.

§.3. Volentes, ac etiam statuentes; ut nulli, qui possessione Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum beneficiorum, et officiorum hujusmodi, quarumcumque eorumdem, qui Basileæ post translationem, et dissolutionem Basileensis Concilii ibidem remanserunt, auctoritate fuerint allecati, super hujusmodi Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, beneficiis, et officiis, ac sententiis, et processibus, etiam si in Romana Curia, vel extra eam lis (cujus statum presentibus habemus pro expresso) indecisa pendeat, etiam, si super eis ad ea, aut contra ea fuerit alteri jus quæsitum, seu jus aliqui habere se pretendere, ex nunc inantea in ipsa Curia, vel extra eam Apostolica, vel alia quavis auctoritate impeti, aut quomodolibet ex quavis ratione vel causa molestari possint, sed in suis possessionibus pacificè remaneant.

§.4. Lites quoque, et causas quascumque super hujusmodi Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, officiis, et beneficiis pendentes (illis dumtaxat exceptis quæ coram Ordinariis Judicibus, apud quos juxta formam dictæ suspensionis, et protestationis exinde secutæ licuit litigare, indecisa pendet) ad nos advocantes, auctoritate, et scientia prædictis extinguimus, et super eis adversariis eorum, perpetuum silentium imponimus; possidentes vero ipsos volumus in suis Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, officiis, et beneficiis pacificè remanere.

§.5. Quibus omnibus ipsas Ecclesias, Monasteria, dignitates, officia, & beneficia quocumque modo vacaverint, auctoritate, et scientia præfatis tenore præsentium conferimus, et providemus de eisdem, ac illis, qui pallium dictorum qui Basileæ post nostram translationem sub nomine generalis Concilii remanserunt, auctoritate receperunt, ut illo uti possint presentibus concedimus et indulgemus; illis autem qui non habent, vel non rece-

perunt, sine difficultate dabimus, ac etiam liberè concedemus, illis tantum personis exceptis, quæ occasione privationum propter nostram, aut Basileensem adhesionem factarum, beneficia detinent, in quibus habent locum provisio, et dispositio super his, quæ contra protestationem facta forent, per prædictos Regem, et Electores Imperii conjunctim, vel divisim promulgata.

§.6. Per hoc autem nulli contententium super titulo, et juribus Ecclesiarum Friburgensium, & Osiensium, volumus aliquod præjudicium asseri, aut generari, sed liberum sit, unicuique eorum, jus suum prosequi iustitia mediante.

§.7. Præterea omnia & singula, quæ dictis suspensione & protestatione duranti, in præjudicium, gravamen, & Iegionem jurisdictionis, juris, vel possessionis Metropolitanæ, vel Diocesane, Principatum, Dominorum, Terrarum Regis, & Electorum, ac Archiepiscoporum prædictorum, necnon aliorum Episcoporum, Prælatorum, Collegiorum, personarum seu rerum quorumcumque contra fœdus protestationis, & suspensionis hujusmodi quomodocumque vergentia, Apostolica, vel alia quavis auctoritate concessa, ac in iudicio vel extra obtenta, in super Ecclesiasticas censuras multas, & poenas, necnon cujuscumque irregularitatis, & inhabilitatis maculas, tam a jure, quam ab homine propter præmissa quomodolibet promulgatas, seu illicitas, promulgandas quoque seu infligendas, quoad Regem, Archiepiscopos, & Marchionem prædictos, eorumque Dominia, Clericos subditos, & vassallos, ac de eos, quoque, qui infra sex menses a die datæ præsentium computandos, se declaraverint pro Nobis aut eidem declarationi adhaeserint, cassamus, irritamus, & annullamus, nulliusque esse decernimus roboris vel momenti, omnem irregularitatem, & infamiam maculam, sive notam per eos præmissorum occasione contractam penitus absolventes, ac eos rehabilitantes, & restituentes ad eorum Ecclesiarum, Monasteria, beneficia, officia dignitates, ac honores quæcumque, ac in pristinum statum, & cum in quo erant ante præmissa, reponentes, necnon illis, qui contra ipsos impetratis, concessis, vel obtentis, seu impetrandis, concedendis, & obtinendis quomodolibet niterentur, etiam si eis aut eorum alicui jus quæsitum foret, ex certa scientia de potestatis plenitudine perpetuum silentium imponentes.

§.8. Insuper quascumque obligationes super annatis, seu communibus, & minutis servitiis, ceterisque juribus, nobis, & Camera Apostolicæ, seu Collegio Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ceterisque officialibus debitis, seu quæ deberi deberentur, occasione quorumlibet Metropolitanorum & Cathedralium Ecclesiarum, Monasteriorum dignitatum, officiorum, & beneficiorum quorumcumque usque in præsentem diem remittimus.

Sed contententibus super Ecclesiis Friburgensibus & Osiensibus, non ex hoc præjudicium asseri debet.

Acta tempore suspensionis in præjudicium jurisdictionis Metropolitanæ, & Diocesanæ, Terrarum Regis &c. revocata & irritata.

Obligaciones circa annatas Camera Apostolicæ debitas &c. relaxat.

Dispensationes & iudicia exceptis hic expressis a Pontifice &c. con essa confirmat.

Circa sententias Romae vel Basileae prolatis, providet ut hic.

Omnes qui Congregationibus adhaerent post Concilii dissolutionem ab omnibus censuris, & poenis absoluti, si ad Pontificis obedientiam reversi sunt, aut infra sex menses revertantur.

mittimus, de nostra mera liberalitate relaxamus pariter, & donamus, eosque qui huiusmodi debitis obligati essent ab omnium solutione absolvimus, & etiam liberamus.

§. 9. Dispensationes propterea quascumque (nisi tales forent quas haecenus Sedes Apostolica concedere non consuevit) indulta quoque forum conscientiae respicientia, etiam in casibus Sedi Apostolicae reservatis, necnon novas provisiones pro possessoribus, sine praedictio juris quaeriti ipsa suspensione durante, vel etiam ante, a nobis vel ab eis, qui Basileae sub nomine Concilii remanserunt, aut Legatorum suorum, vel alia quavis auctoritate obtentas, impetratas, concessas, seu concessas, ac omnia inde secuta, a die data concessionis eorumdem eadem auctoritate confirmamus, perinde ac si a nobis impetrata fuissent.

§. 10. Super sententiis autem in Romana Curia, vel in Basilea, sub nomine generalis Concilii ante ipsam suspensionem, vel ea durante, in quibus uterque litigantium ex ordinario titulo nititur se defendi prolatis, quae executioni nondum sunt demandatae, volumus, statuimus, & ordinamus, quod huiusmodi sententiae coram iudice tractentur, & quicquid utraque pars vellet producere pro iure suo, coram eo debeat exhibere, qui quidem iudex summarie, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta procedens; negotium ipsum unica valeat terminare sententia, a qua nulli partium appellare liceat, aut provocare, vel restitutionem aliquam obtinere. Per hoc autem nullatenus praedictum intendimus eis, qui possessionem dignitatum, etiam Metropolitan. Cathedralium, & Abbatialium, seu beneficiorum quorumcumque, ordinaria, vel alia auctoritate sub eadem Natione obtinent, durante neutralitate, vel suspensione praedictis vigore processuum in Romana Curia, vel in Basilea, sub nomine generalis Concilii obtentorum, aut alias violenter fuerint spoliati. Sed tam spolia, quam iura eorum denuo coram iudicibus ordinariis cognoscantur, & sine debito terminentur.

§. 11. Insuper omnes, & singulas praedictae nationis, aut alterius in ea, beneficia vel officia obtinentes personas Ecclesiasticas, & saeculares, etiam si Regalis, Archiepiscopalis, Episcopalis, vel alterius dignitatis fuerint, quae post dissolutionem, sive translationem praedicti Concilii per nos factam, Congregationi Basileensi sub nomine generalis Concilii adhaerunt, & obediunt, aut incorporati fuerunt, qui iam ad nostram obedientiam sunt reversi, vel infra sex menses post declarationem pro nobis factam redierint, seu ipsi declarationi adhaerint, ab omnibus, & singulis juramentis, periurii reatu, ac aliis censuris, & poenis (si qui tenerentur, aut incurrisissent) inflicis, & in tales promulgatis, aut propterea infligendis, auctoritate praedicta absolvimus, & liberamus, ac

omnem inhabilitatis, irregularitatis, & infamiae maculam, sive notam, exinde quomodolibet forsitan contractam, abolemus, & in pristinum statum restituimus, & reponimus, perinde ac si talia minime emanassent. Praeterea omnes, & singulas personas nationis praedictae, sive alterius in eadem beneficia, sive officia, sicut praemissum est, obtinentes, quae sub declaratione huiusmodi pro nobis facta, vel facienda continebantur, quae post huiusmodi Concilii translationem, Basilea remanserunt, aut ipsi Congregationi adhaerunt, & fuerunt, officiis in eadem praefuerunt, aut in legatione ab eis missi sunt quocumque, aut eis crederent, ab omnibus excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque censuris, & poenis in ea, vel per processus nostros, aut aliis inflicis, & promulgatis absolvimus; cum iis qui ibidem, seu a provisis ab ipsis, aut eorum auctoritate Sacros Ordines dicto tempore receperunt, ut in susceptis ordinibus ministrare valeant dispensantes. Volumus insuper quod singuli Metropolitan. Nationis ejusdem, actu jam nobis obediens, vel qui infra sex menses, ut praefertur, nobis, & Apostolicae Sedi debitam obedientiam praebuerint, consimiles bullas seu literas Apostolicas habeant, super quibus patentibus quibuscumque, quatenus opus fuerit, sub eorum sigillis, transumpta concedere valeant, eisque in iudicio, & extra plena fides, sicut originalibus literis per omnia prebeat. Super Ecclesias autem Treverensem, & Coloniensem, de quibus in petitionibus Regis, Archiepiscopi Maguntini, & Marchionis praedictorum specialis est appositus articulus, per alias nostras literas desuper editas specialiter providimus, prout in eis plenius continetur.

§. 12. Ut autem praemissa eo firmissime observentur pro nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio & assensu pollicemur, omnia & singula supra dicta inviolabiliter observare, & contra ea vel ipsorum aliquod, in toto vel in parte, nullo umquam tempore quicquam innovare, & quod nobis licere non patimur, eisdem successoribus indicamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his, a quoquam, quavis etiam Apostolica auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quinimo si adversus praemissa litterae aliqua, aut mandata ad cuiuscumque instantiam, vel etiam si motu proprio, vel ex certa scientia, etiam cum derogatoriis clausulis, sub quacumque verborum forma a nobis, seu nostra auctoritate, aut ab alio quovis emanassent, seu in futurum emanarent, tales ex nunc pro infectis haberi volumus, quodque is contra quem emanassent, aut concessa fuissent, aut emanarent, & in futurum concederentur, illis minime obedire teneatur.

§. 13. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus Apostolicis, & etiam cum decreto irritante quorumcumque tenorum

Praedicta omnia observare pollicemur.

Contrarius derogat.

Dat. P. An. 16. 7. Feb.

existant, in genere vel in specie, per nos seu praedecessores nostros concessis, seu concedendis, privilegiis vel indultis, de quibus ac totis tenoribus eorum, specialis & expressa, etiam de verbo ad verbum, mentio in nostris literis foret facienda, necnon quorumcumque Ecclesiarum statuta & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo hanc paginam nostrae, & Si Quis autem hoc attentare, &c. Datum Romae apud S. Petrum, Anno incarnationis Domini, Millesimo quadringentesimo quadragésimo septimo, VII. Idus Februarii, Pontificatus nostri Anno Sextodecimo.

NICOLAUS QUINTUS
PAPA CCX.
ANNO DOMINI MCCCCXLVII.



Nicolaus V. patria Sarzanensis, antea Thomas S. R. E. Tituli S. Susanna Praesbyter Cardinalis Episcopus Bononiensis, electus est Summus Pontifex die 5. Martii 1447. & Pontifici insula redimitus die 18. mensis ejusdem. Vixit temporibus Friderici III. in Occidente Joannis VII. Palaeologi mox Constantini X. in Oriente Imperatorum annos XIII. dies XIX. (a) & quatuor

(*) Inclusi extremis.

promotionibus XII. creavit Cardinales. Obiit die 24. Martii 1455. & sepultus est ad Sanctum Petrum. Vacavit Sedes dies XIV.

I.

Confirmatio concordiae inite inter Federicum Imperatorem, Principesque Germaniae, ac Legatum Apostolicum, super reservatione, & collatione Ecclesiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorum. Et approbatio constitutionis Eugenii IV. in his quae huiusmodi concordiae non adversantur.

NICOLAUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

AD sacram Petri Sedem, divina dispositione sublimati, singulis quae pro universalis Ecclesiae unione, ac pace, & tranquillitate profutura fore conspicimus, Apostolica providentia sollicitudine libenter intendimus, & ad felicem illorum profecutionem, & consummationem, opem, & operam impendimus efficaces.

§. 1. Nuper siquidem carissimus in Christo filius noster, Federicus Romanorum Rex Illustris, & nonnulli alii dilecti filii, Ecclesiastici, & saeculares Principes inclitae nationis Germanicae ex una, ac dilectus filius noster, Joannes S. Angeli Diaconus Cardinalis in partibus illis Apostolicae Sedis de Latere Legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficienti desuper a nobis, & Sede Apostolica auctoritate suffultus, ex alia partibus, Romanae Ecclesiae, & dictae nationis nominibus, pro ipsius Ecclesiae unione, pace, & tranquillitate inter Ecclesiam, & nationem praedictam, perpetuo solidandis, & conservandis, diversa rationabilia, & utilia ordinationes & statuta, a partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, conclusa, acceptata, & concordata, fecerunt, ac ediderunt, nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis pro firmiori eorum subsistentia, robor Apostolicae firmitatis adjicere, necnon auctoritatem potiore, & decretum interponere dignaremur.

§. 2. Nos itaque, qui statuta, ordinationes, & concordata praedicta, per nonnullos ex venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, magnarum maturitatis, auctoritatis, & literaturae viros, diligenter examinari, & discuti fecimus, eaque rationabilia, & salubria tam Ecclesiae quam nationi praefate fore comperimus; de dictorum, & aliorum venerabilium fratrum nostrorum Ecclesiae Cardinalium, consilio & assensu, Apostolica auctoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & praesentis scripti patrocinio communimus, juxta modum, & formam subsequentes. Placet nobis su-

Exordium.

Federicus Imperator. Principesque Germaniae, & legatus Apostolicus ordinationes sive concordata fecerunt, super reservatione, & collatione Ecclesiarum, & beneficiorum.

Qua Pontifex ipsa approbat modificando, cap. Exerabilis, & cap. Ad regimen, de Praebend. inter extravag. communes.